Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift

achar: filii israel sumpserunt spem uincendi hostes. nec frustrati sunt. sic postquam sy
nagoga iudeorum cum cunctis ierusalem destructa est a romanis. templumque succensum.
et ipsi iudei interempti. et in totum mundum sunt captiuati apostolis ecclesiisque credentibus.
apta est spes uictorie. quia totum mundum fidei xpi subiugauerunt. Itaque hic in
euangelio achar de tribu iuda fuerit idem. p hoc significat iudas scarioth. discipulus. et
principis confessionis nostre de tribu iuda. et cum patre ecclesie ille malignantium secretum.
et pharisaeorum. cum quibus de perditione saluatoris occultum. et futurum habuit consilium.
Reuera namque tunc achar sinistro est de anathemate urbis iericho. quando furtiuo
loculorum quod domini iudas ille. in pecunia sanguinis accepit triginta argenteos. Heu quam
enim ciuitas illa secundum malignitatem inhabitantium tam ierusalem dicenda est quam
iericho. Cecidere muri ciuitatis illius iam tertio inuisibiliter in octis domini. quando do
minum negando et tradendo ad crucifigendum. omne celeste presidium a se repulit.
tunc autem etiam inuisibiliter. quando romano exercitu circumdata. et subuersa est. Et sicut
sorte deprehensus achar ille suo ore confessus est. et dixit. Vere ego peccauit domino de
israel. et sic. et sic feci. et hec. et hec concupiscens abstulit. sic iste iudas scarioth. ore
domini traditor designatur postmodum confessus est pigens triginta argenteos mercedem
plo. dicosque seniorib; et principib; sacerdotum. Peccauit. tradens sanguinem iustum. Ca
pitatus est achar. periit cum iuda traditore illo. tortus ille cecidit traditionis coemp
tor. ni remansisset lapis super lapidem. et hoc totum factum est ad apiendam spem.
Si enim templum et ciuitas illa in sua gloria permansisset. multum euangelio xpi obsti
tisset. minus spem et fidem gentium impeduisset. multos dubitare fecisset. Am
plius dicam. quia etiam si omnes credidissent. et fidem accepissent. atque ita fac
tum esset. ut non uenirent romani tollere locum. et gentem. nichilominus. etiam
gliam ueritatem uane fidei regulam contrabassent. Hoc expaucis illis qui cre
didere facilis argumento comprobat. Pauci quippe ad fidem fuere conuersi. compa
ratione totius iudaice multitudinis. Scriptum est autem in actibus apostolorum. quia
quidam scilicet discedentes gentibus. et dicebant. Qua nisi circumcidamini secundum morem
moysi. non potestis salui fieri. factaque est sedicio. non minima paulo et bar
nabe adhuc illos. et conuenientibus apostolis et seniorib; uidere de uerbo hoc. cum
magna conquisitione fieret. uix ad tempus sedati sunt. per testimonia scripturarum.
Quod si fieri potuisse. ut quinta turbam seditiosos iudeos pietas facturos fu
isse. si ad fidem xpi conuersi fuissent. Itaque primum euangelium circumcisionem miscuis
sent. et de utroque neutrum aut nichil fecissent. qua si circumdamini inquit apostolus.
xpe nichil uobis prodest. Prudenter laudanda et uenanda est prudentia dei. quae il
los excecauit. sicut ysaia dicit. Excecca cor populi huius. et aures eius aggrauia.